



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio I. An sit aliqua Magia dæmoniaca.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

MARTINI DELRIO
MAGICARVM

DISQUISITIONVM.
LIBER SECVNDVS.
QVI EST

DE MAGIA DAEMONIACA.

Præcipua hæc operis nostri tractatio est, & ideo pluribus capitibus, siue
quæstionibus luculenter, quoad poterimus,
discutienda. Sit.

QVÆSTIO I.

An sit aliqua Magia daemoniaca.



QVI daemones esse negat, etiam hanc esse negarunt cū Sadduceis, Democrito, Aristotele, Auerroce & Simplicio, quorum sententia est impia & hæretica.

Nam & daemones esse & daemoniacā Magiam; quæ nec industria aut artificio hominum, nec naturalibus causis, sed immateriali quapiam & separata virtute nititur; hoc & sacræ scripturæ testimonijs, & omnium ætatum memoria atque experimentis tam est comperitum, vt velle probare, nihil sit aliud quam lychnis accensis meridiane luci opitulari. hoc probant cum B. Augustino Theologi Catholici omnes ^a, & philosophi plerique Trismegistus & Pythagoræ; ex Platonicis, Pselus, Plotinus, Proclus, Iamblicus, Chaldius & Apuleius; & Aristot. Theoph. Ammon. Philopo. Auic. & Algazel. Anne dare responsa de furtis occultis, & de thesauris; consequi scientias nonnullas statim, & sine labore addiscendi; subtrahere corpus præfens oculis videntium? & innumera huiusmodi, queunt reduci ad vl-

A lam aliam causam; quam intellectualem aliquam & separatam naturam; Deniq; scimus Salmantica, & Toleti in Hispania, & in Italia, ad lacum Nursinū, & in spelæo Visigniano, adhuc auorum memoria huius Goetiæ celebres scholas fuisse. ^b

QVÆSTIO II.

B Vnde sit hæc Magia, siue quem habeat primum auctorem.

SUNT qui daemones esse fateantur, sed negant tamen hæc Magiam à daemonibus seu diabolis manasse: tribuunt autem effectus eius vel immediate Deo per magos huiusmodi operati; vel Deo per angelos bonos ea perficienti. Priores dicunt esse quasdam gratias gratis datas, sicut sunt gratiæ linguarum sanitarum ^a & hæc dona vt Balaamo ^b sic & alijs improbis concedi nõ raro solere ^c.

Dico primo, hæc sententia est mere blasphemata tribuit enim Magicis artibus id, quod est proprium gratiarum gratis datarum; & cum veris miraculis præstigijs cõfundit. Neinde gratuita dei dona

^bVide Laurent. Arianamali s. de nat. daem. fol. 104.

A

^a 2^a Cor. 12. v. 8.
^b Num. 23.
^c Matt. 7. 13. v. 1.

^a August. l. 11. de c. D. c. 6. D. Th. 1. 3. c. 6. tra g. c. 104. & qui optime, Victoria, de Magia n. 9.

subijcit